Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

bidum ad eundem dominum personaliter pluries scripsisse non contentus ante
sit amen eius ordinationem super hoc et aliis inrefragabiliter ut
asserunt secuturus. Nec profuit nostrum ac magnifici fratris domini Ja
nini salvo conductus ostendere vel maiestatis vestre reverentiam ad
cuius venimus presentiam allegare habetis gestorum seriem clementissime
princeps. Videtis quod sanctissimum et civitatem legum divinarum et humanarum
institutionibus sacrosanctum legatorum nomine tenentur mores ac ius
gentium violatum. Videtis nuntios et prefati domini vestras litteras que solent
non dumtaxat in Italia sed etiam apud externas nationes maxime auc
toritatis fore habitas esse ludibrio. Videte supereminentie vestre celsi
tudinem cuius mentionem omnis potentia nitor contremiscit in his
lationis insolentia quod cum honore sit debitumque propensum. Videtis
populum Florentinum ymo Regium et mainam tamen publicam in excessibus of
fensionis gladio vulneratum et vim tantam prede dicitur facimus
aptissime videtis. Quo circa maiestatis vestre celsitudini toto
nostre devotionis affectibus supplicamus quatenus predictis omnibus ac
curata meditatione pensatis dignemini super hoc taliter providere
quod addiscant cuncti moribus humanis vestre et sublimitati vestre no
minis debitam reverentiam exhibere. Nec putet vestra benignitas pre
fatum dominum Lazarinum cum pene ducentorum agricolarum dominum habeat de
suo potentatu personaliter aut hoc solum prede cupidine perpetrasse. N
ullum et enim lucrum sibi posset. Omittamus nostrum quem de longinquo
degimus nostrarum litterarum spatio maiusque dominus quod prefati domini ducis
tribulationem et indignationem in me sua compensare. Ceterum quia
nobilis miles dominus Cristoforus de Spinis egregius legum
doctor dominus Philippus de Cancellariis legationis prefate reliquie
cuncta serenitati vestre plenius enarrabunt. Et si maiestati profunditati
vestre sapientie etiam pauciora sufficerent non intendimus hec ulte
rius ampliare. Cum posset vestra sublimitas eisdem omnibus
credere tamquam nobis. Datum Florentie etc.

Karulo et Pandulfo de Malatestis

Magnifici domini et amici carissimi dolemus et plus quam cor
dialiter anxiamur uniuscuiusque vestram rerum agibilium inexpertam
deleri quodam conflictu per vos illato sicut scribitis gentibus
magnificorum fratrum nostrorum Bononien. Tam inveniunt ne dicamus
inaniter exultare et mortali favore confixam in mortalem
innimicitiam nuridisse. Hec atque vestra consilia. Huccine deductos
vos esse cernimus quod veteres et hereditarios amicos nescimus
qua vanitate mentis elatos vos inimicos videamus magno cum
status vestri periculo commutasse. Nescitis adhuc quam preciosus thesaurus
sit amicicia. Nescitis quanta cura quantaque diligentia
colendi sunt veri et indubitabiles ymo maiores amici quales
vobis potentatus Bonon. gaudere veris et minorum beneficiis contigi
sse. Nescitis quam periculosum est cum maiore contendere. Oblitos vos
esse videmus vanam fugacemque victoriam istam qua sic exultatis
vobis hostes et nos et potentissimos. Et id super omnia pericu
losum est proximos nisi copulatos vobis salubrius statuisse.
O quam verum est poeticum illud. Nescia mens hominum fati sortisque
future. Et servare modum rebus sublata secundis. Ut merito po
ssimus certum vatis eius de eo prius cum in imitatione subicere. Vobis